Ortlieb dei et apostolice sedis gratia Episcopus Curiensis Dilectis nobis in Christo decano Camerario
Ceterisque confratribus Capituli Supra Saxum Salutem in domino ad Capellam beate Marie virginis in Con-
stain in Tobrams nostre diocesis ad nostram collationem spectantem quam dominus Nicolai Fabri novissimus eius Capellanus
vacantem vos dicti et discreti viri domini prefatus decanus totumque Capitulum eiusdem Curiensis ad quos ius presentandi
presentandi pleno iure dinoscitur pertinere Dilectum nobis in Christo dominum Johannem Martini presbiterum nostre dioc[esis]
Constantiensis pro Capellano dicte Capelle coram nobis presentavit Cum et pro eo Supplicavit quatenus favorabiliter
eundem prefatum dominum Johannem sic prefato nobis presentatum ad dictam Capellam providere et ipsum
Capellanum investiendum duximus et investimus per presentes Committentes vobis et cuilibet vestrum mandamus
quatenus prelibatum dominum Johannem prestito primitus iuramento ad Sancta dei Evangelia de obediendo
nobis et successoribus nostris et de non alienando bona ipsius Capelle sed alienata pro posse recuperando
in et ad Supradicte Capelle ... et ... eiusdem possessionem corporalem realem et actualem
inducatis et inductum defendatis faciendo sibi ab hiis quorum interest de ipsius Capelle fructibus redditibus proventibus
iuribus et obventionibus universis integre responderi adhibitis in hiis debitis solempnitatibus debitis
solitis et consuetis In cuius rei testimonium ... Sigillum presentibus est appensum Datum
in Castro nostro Curiensi Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto Die vero quarta
decima mensis novembris Indictione Quarta

Conradus Ror
notarius ss[crip]s[i]t

© Bischöfliches Archiv Chur (Schweiz)